Castellanus Sanocz[ensis] transfundit ius suum super Zagorski

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castren[sibus] Prze:
misl[iensibus] Magnificus Ioannes Herbortt de Fulstin et in Bonzowicze
hes Castellanus Sanocen[sis] et Capitaneus Premislien[sis] palam et expres:
sum recognovit quia omnia et singula vadia tam primaria quam triplicata
in officio castren[si] Premislien[si] non ita pridem per Nobilem
Jacobum Bilinski ratione vadii centum super suam inscriptionem sexa:
ginta florenorum praetendente super Nobili Stanislao Borislawski bonisque
ipsius omnibus mobilibus et immobilibus devictis et acquisitis hoc est
sortem interesseque omnium quod ad capitulum spectat et pertinet
eorundem vadiorum, Jus et super Nobilem Franciscum Zagorski
transfundit incorporat et immiscerat et eadem vadia quo ad interes:
sa capituli pertinet et spectat ex brachio capituli dat donat
perpetue per praefatum Franciscum Zagorski eadem va:
dia omnia et singula pro interesse capituli pertinen[tia] accipien[dum] utend[um]
perpetuisque suo convertend[um] usibus perpetuis. Quod memoriali firmat est

Borislawski donat eidem

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castren[sibus] Pre:
mislien[sibus] Nobilis Stanislaus Borislawski In villis Borislaw
et Mrazniczza sortium suarum haeres Recaden[s] a iure suo gno:
mis terrestris foroque competen[te] ad hunc praesentem officium castren[se] Premisli[ense]
se et successores suos cum omnibus bonis suis In toto quo ad actum effe:
ctumque praesentis inscriptionis incorporan[s] Mente et corpore sanus existens
pure palam et per expressumque recognovit quia bona sua haeredi:
taria totas et integras sortes suas sitas in villis Boryslaw
et Mrazniczza cum omni iure dominio et proprietate et cum omnibus
eorundem bonorum attinen[tiis] pertinen[tiis] fructibus censibus proven[tibus]
atque utilitatibus quae universis quibuscumque dicantur nominibus
et cognominibus uti ipse pro se et suis successoribus ex parte ea sedita
prout solus tenuit habuit et possidebat Nobili Francisco
Zagorski et eius successoribus dedit donavit perpetueque et in

Quum inscripsit et resignavit. Itaque exnunc coram officio praesenti in bona
praefata dedit et admisit eidem reale intromissionem et actualem pacificamque
possessionem. Per ministerialemque terrem Premisli[ensem] In bonis praefatis inscribit et
obligat se daturum et libere admissurum sub poenis terribus ad simplicis
verbi assertionem sine metu corporali taxand[is]. Per ipsum Franciscum
Zagorski et eius successores bona praefata donat cum omni iure dominio prout
suprascriptum est tenen[dum] haben[dum] possiden[dum] usuque suo et successorum
suorum meliori et utiliori convertend[um] perpetue et in aevum. Et dictus
ac tubitur idem Stanislaus Borislawski et se praesentibus cum successoribus suis
super omnibus bonis suis inscribit et obligat Eundem Franciscum Za:
gorski et eius successores In dictis bonis donat ab omni gravamine impe:
dimento iuridico et extraiuridico omnibusque poenis et impedimentis quarumcumque
personarum sexus utriusque Nec non ab omnibus iuribus et inscriptionibus
prioribus et posterioribus debitis cunctis reformationibus advita:
litatibusque cunctisque personarum fact[is] et faciendis ab omnibus citationibus
condictionibus Lucris perlucris poenis vadiis triplicatis In bonis
praefatis possit et ponendis productisque et producendis quibus quovis
necessarium fuit tueri defendere intercedere pacificare bonaque
Habere munda et libera facere, Nec dictus praefatus Stanislaus Bori:
slawski cum suis successoribus Eidem Francisco Zagorski et eius successoribus
In bonis praefatis iniuriam aut quovis modo pacificam possessionem tam
toto quam in minima parte per se vel submissas aut non submissas
personas impedire et adimere sub vadio simili quorum terribus
ad simplicem verbi assertionem sine metu corporali taxatorum
Inscribit se et successores suos super omnibus bonis suis idem Stanislaus
Borislawski Ins[c]riptionem praesentem castren[sem] Premisli[ensem] donationis et bis
actus dictae terrae Premisli[ensis] ad primos terminos terres[tres] pri:
mos transferre et transportare sub similibus poenis terribus
pro quibusquidem poenis terribus Si se ipse Stanislaus Borislawski
cum suis successoribus Eidem Francisco Zagorski et eius successoribus
ad Iudicium terrae vel castren[se] Premislien[se] sive officium castren[se] Premisl[iense]
citare permiserit et successores permiserit Extunc recaden[s] a iure
suo quovis terrae foroque competen[te] In proximo citationis termino